Simoniani Magi disciplina angelis seruiens utique et ipsa in Idololatriam deputabat, et a Petro Apostolo in ipso Simone damnabat, inquit Tertull. lib. de Praescript. adu. Haeret. c. 33.

Concilii Laodicenι canon est 35. ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς ἐγκαταλείπειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, καὶ ἀπιέναι, καὶ ἀγγέλους ὀνομάζειν, καὶ συνάξεις ποιεῖν, ἅπερ ἀπηγόρευται. Εἴτις οὖν εὑρεθῇ ταύτῃ τῇ κεκρυμμένῃ εἰδωλολατρίᾳ δουλεύων, ἔστω ἀνάθεμα, ὅτι ἐγκατέλιπεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ εἰδωλολατρείᾳ προσῆλθεν. i.e. Non oportet Christiano Ecclesiam Dei relinquere, et abire, et Angelos nominare, et congregationes facere, q̄ prohibita sunt. Si quis igitur inventus fuerit huic occultae Idololatriae vacans, anathema sit; quia derelinquit Dominum nostrum Iesum Christum, Filium Dei, et Idololatriae se tradidit. * Conc.

Theodoretus in Pauli Epist. ad Coloss. c. II. u. 18. Qui legem defendebant, inquit, eos non. ad angelos colendos inducebant, dicentes fuisse legem, per eos datam. Manifestum autem hoc factum in Phrygia et Pisidia. Quocirca Synodus quoq. quae convenit Laodiceae quae est Phrygiae Metropolis lege prohibuit, ne precarentur Angelos. Et in hodiernum usq. diem licet videre apud illos et exstinctimos oratoria S. Michaelis. Illi ergo hoc consulebant utique humilitate utentes, dicentes unicum Deum nec cerni, nec comprehendi, nec ad eum posse pervenire, et oportere per Angelos divinam illi benevolentiam obtinere. Haec Theodoretus. Conf. Epiphanius haer. 70. Angelici in Angelos cultu inclinati, quos Epiphanius iam olim defecisse testatur. Augustinus de Haeresibus ad Quodvultdeum haer. 80. Angelici, qui ab angelis se mundum regi dicebant. Epiphanius de Angelicis secta conf. Lamb. Danaeum in Comm. ad S. Augustin. lib. de haeresib. p. 107. seq.

Angelici diuersa secta ab Ayyελίταις. Ayyελίται enim alium Patrem, alium Filium, alium Sp. S. dicebant se appellati a loco quodam Alexandriae. Niceph. Callist. L. 18. c. 49.

* NB. Pontificii alii a Patribus Laodicenis prohiberi aiunt cultum malorum angelorum, non bonorum. Verum eam distinctionem nec ex Canone Laodiceno nec ex Theodoreto elicias, qui cultum illum ad cultum Christi reuocant. Alii bonorum Angelorum cultum a Laodicena Synodo damnatum esse fatentur, sed ideo id factum quia haeretici illi colerent Angelos cultu latriae. Sive tamen cultum latriae accipias pro cultu, quem soli Deo exhibere soleant [qui vero ab his Romanenses non alienos, oratoria Angelis exstruentes, ibique ex religioso cultu adorantibus et invocantibus: Sive Angelos ut amicos Dei, et amores Dei, et Deos, et per eos tanquam Patronos divinam nobis benevolentiam conciliemus, βλεύοντας ita colang, dicit quidam apud Theodoretum, statui Angelicis ipsissima mea, et Sodalitia Pontificiorum spacio plenissima cultui Angelici: Talem cultum nondum creaturae exhibere nefas est, cum Synodi officia erga amicos Dei non finiant hic vitae; docente Scriptura S. Perueniunt sane ad Patrem ductu Solis, Domini nostri Iesu Christi, tanquam conciliatoris et Patroni nostri apud Deum, qui nos non docuit colere solum Deum et Iesum Christum, et non nisi Iesum Christum.

Deum adorandum esse, Dominum Deum tuum, Deum unum est. Dominum Deum tuum adorabis et illi soli seruies. Deut. 6. matth. 4.
Cum πλάσματι πλάσμα οὐ προσκυνεῖ οὐδὲ Angelus Iohannem, nec Apostolus adorare volentem sinebant. Apoc. 22. 9.
θεὸν δεῖ εἶναι μόνον τὸν προσκυνούμενον; Angeli autem creaturae insuper, sunt ἐν τῶν προσκυνουμένων, ἀλλὰ τῶν προσκυνούντων τὸν Δεσπότην. # Vid. Athanas. or. 3. c. Arianos. Conf. Esaiae 42. 8.

Hieron. Epist. ad Pammachium adu. Vigilantium, Non nos dico martyrum reliquias, non solem et Lunam, non Angelos non Archangelos, non Cherubim, non Seraphim, — colimus et adoramus, ne seruiamus creaturae potius, quam creatori. Vide Hieron.

Augustinus Lib. de Vera religione c. 55. Honorandos Angelos charitate non seruitute. Nec eis templa struimus. Nolunt enim se honorari a nobis, quia nos ipsos, cum boni sumus, templa summi Dei esse nouerunt. Recte Augustinus, scribit, Deum ab angelo prohibitum ne se adoraret, sed unum Deum sub quo et ipse et ille seruus. Vide Aug. Caraccioli in Capitulari cum Conciliis Francofurtensi A. 794. congesto, Non mediocris est error, cum aliud adoratio religionis cultus, quam quae dicitur Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruies.

Origenes. L. VIII. c. Celsum. p. 419. in fine. 416. 417. ad med. 17. 18. 19. 20. p. 233. Conf. Spencer Comm. p. 78. seq. p. 79. quae de Ophitarum septem principalium Archontibus primus Michael, Orig. c. Cels. L. VI. p. 295. Conf. Hoffmanni Notae ad Origenem p. 295. Diligenter haec omnia p. 76. ad Origenem p. 291. Lydia n. Hoffmanni Notae ad Origenem p. 386. De cultu Angelorum conf. Spencerus ad Orig. c. Celsum. p. 233. et 34. 1. ad pag. 386.